

prescriptionis aliqua in contrarium non obstante, remittentes [d]e benevolencia augustali eisdem omnem inobediencie [p]enam^{v)}, si qua per ipsos predecessores aut nobis facta [f]uisset tempore aliquali. Ac de^{w)} plenitudine nostre [p]otestatis ipsis^{x)} concedimus, ut, quemadmodum ipsi [e]cclesie concessum est a^{y)} preclare memorie imperatoribus [et r]egibus Rom(anorum), quod nulla prescriptio eidem currat ecclesie [n]isi C annorum, et^{z)} eidem communi nulla deinceps [cur]rat prescriptio nisi^{a)} centum annorum, ut in premissa [con]cessione et privilegio commune cum ecclesia pari gracia [p]ociatur. Nulli ergo omnino hominum et cetera.

11. Am Schluß stark verstümmelte Urkunde, in der einem (italienischen?) Untertanen die Reichslehen erteilt werden. Aus der Arenga (*decet regiam maiestatem*) ergibt sich der Tag der Kaiserkrönung als Terminus ad quem. [Vor 1328 Januar 17].

Alia concessio vel infeodacio et cetera. — [L]ud(owicus) dei gracia et cetera tali et cetera. [D]ecet regiam maiestatem fideles suos, quos in [de]votione sua promptos frequenter invenerit et ferventes, [prer]ogativis et^{b)} graciis specialibus amplexari, ut ipsi inde fideliores efficiantur et alii eorum exemplo [la]udabili ad benevivendum devocionemque^{c)} imperii am[pl]ectandam forcius animentur, et maxime illos, per [qu]orum sollicitudinem et constantem fidelitatem culmen^{d)} [au]gustalis excellencie proficere poterit, dirigi et [f]ortius solidari. Hinc est, quod fidelitatis operibus [et] meritis fructuosus tui ... predicti nobis plurimum dilecti [graci]osius inducti tibi tuisque heredibus ac omnibus, [qui]bus hoc dare volueris, in iustum et legale feodum [comm]ittimus^{e)} et^{f)} concedimus burgos^{g)} ... et cetera, plebem ... et cetera [...] rebellis nostri et sacri [...]

v) [...]etam w) et de x) ipsis et y) fehlt z) quod et a) nisi et b) fehlt
c) culmini d) ... itibus f) fehlt g) burges